

minitantibus, etiam citra præparationem, præmisso tamen clystere, euacuandi sint. Purgatio autem fiat vel potionibus, vel pilulis, vel bolis, vel tabletis, vel pulueribus. Potiones primo explicabimus.

Fiunt autem ex liquore aliquo, ut decocto, vel aqua stillatitia, vel succo aliquo, & morbo & parti affectæ conueniente, infusis quibusdam purgantibus, vel integris, ut senna, rhabarbaro &c. vel eorundem pulueribus, vel etiam compositis in iis dissolutis, ut diacarthamo, diacatholic. de succo rosarum & id genus, vel syrupis purgantibus. Verum cum purgantium alia bilem, alia pituitam, alia melancholiam, alia aquas: Alia, quæ duos aut plures, aut omnes humores expurgent: vnde phlegmagogacholagoga, melanagoga achydragoga dicuntur, idcirco quænam singulis humoribus conueniant, ostendemus.

Pituitameducentia.

Pituitam ducunt cathartica, Agaricus in infusione à 3 j. ad 3 ij. corrigente aliquo addito. Quemadmodum enim rhabarbari corrigens est spica ad gr. vi. vel 3 fl. sic agarici, zingiberis 3. fl.

Mechoaca in infantibus à 3 fl. ad 3 ij. in adultioribus à 3 i. ad 3 i. fl. addito corrigente vel in puluere, & omnium optime, vel cum liquore aliquo. In infusione vero ad 3 ii. exhibetur; quamuis etiam mixta cum pane amygdalino, siquidem ἄποιος delicatulis exhiberi potest. Hæc etiam seruos humores educit. Eligendum autem albissimum, quemadmodum agaricum albissimum & leuissimum.

H s Turpe-